



2b. 15



72.

**V I R O**  
*Clarissimo, & Consultissimo*  
**DN. DANIELI**  
**BURCHARDO,**  
**J. V. Licentiato.**  
*De*  
*Laurea Doctorali*  
*Gratulantur*



75

V I R O

Clarissimo & Consistorio

DN. DANIELI

BURCHARDI

I. V. Licentiatos

DE

Lawren Doctoris

Gratulationis





Iccine Marte palam durosur-  
gente tumultus  
Jurisconsultus dicier arte  
cupis?

Cum parmis agitur rerū jam  
summa vel armis,  
Justiciæ incumbis Iusticio  
viduæ.

Rectè agis, haud semper miles dominabitur hor-

Quæret honoratas Pax reparata togas, Crens,

Cedent arma togæ, cedit Bellona peritis

Aonidum pullis Iusticiæque sacræ.

Quam tibi contuleram, BURCHARDE, LICEN-

Elicuit licitum foedere cōjugii. (TIA, amorē

Oro, tibi rursus quos collaturus, honores

Officium eliciant foedere iudicii.

Foedere iudicii ac artis Respublica recta.

Imperii foedus servat & obsequii.

*Cyr. Herdesianus, I.V.D. & P.P.*

*p.t. Acad. Rector.*

*A 2*

*Inter*

**I**nter BIS BINOS æquoque artique sacros  
Quæris, cur VNVS non nisi sit DANIEL?  
Quatuor exactis Mystis interfuit unus  
Olim: qui DANIEL omnia solus erat!  
Omnia qui solus; Nam illo Sapientior alter,  
Judicio major nemo: nec Eloquio. Cuni  
Atqui quod solum est, unum est! Quod pluribus,  
Non datur: Et magnis vix licet esse Tribus.  
Ergo DEI IVDEX DANIEL: cui nomine pat  
JUDICII ut similis sis PIETATE, vide! Ces

*Fausta queq; precatus*

*Wolfgangus Crellius, D.*

**Q**uando haud obscure tua vir clarissime  
In me voluntas optima: (constat  
Cur tibi non & ego sincero pectore gra  
Et cuncta fausta comprecet? (ter  
Id virtus tua, & insignis doctrina merentur,  
Idemque, justum postulat,  
Ergo quibus meritò te nunc THEMIS ornat, ho  
Exopto, sint prosperrimi; (nores;  
Det

Det Deus, æternùm , tibi ritè parata tiara  
Clarescat atque floreat.

*Amoris & honoris ergò  
votum hoc*

M. JOHANNES SCHOSSEUS  
Senior, Rhetorices P.

F.

---

**J**ura docet Sejus: justè facit omnia Cajus:  
Plus uter ex binis, dic mihi, juris habet?  
O felix Cajus! Non extat iniquior ullus  
Sejo, qui lingua se necat ipse sua.  
Ille mihi verus juris justiq; Sacerdos,  
Qui tua, Seje, docet, qui tua, Caje, facit. (tum,  
Te Burcharde, Themis cernens ad utrumq; para-  
Laurum hæc præ multis, dignus es, inquit, habe.  
M. Tobias Magirus Prof.

---

**J**uris delitium voluptuosum,  
Lampas Pieridum serena, cultum  
Cultarum decus elegantiarum,  
Nutritum ambrosio sinu Minerva,  
BURCHARDE, ante hiemem velut laboris  
Præmio, Procerum favente voto,  
Juris HERDESIANUS Antecessor

A 3

Solers

Solers ingenium tuum polivit  
Nobili titulo LICENTIATI.  
Jam virtus genii sagacioris  
Aurata Themidos supremum honorem  
Acquirit; studiisq; VVittebergæ,  
Lipsiæ, Helmstadio, Jenæ probatis  
Nunc iradunt meritum brabejon, & Te  
DOCTOREM celebrant Lyceæ nostra.  
Sic sic pergito, sic aditur æther  
Virtutumq; bonis scientiaq;  
Atq; hinc justitiam tuere semper,  
Ne legis subeat vicem sacratæ  
Personat a vafro colore techna:  
Ne fors impius arbiter dolosè  
Insontem reum agat, juvet malignum.  
Tum passim Pater audies fidelis  
Divæ justitiæ, audies sacerdos  
Defensorq; bonæ sacræq; causæ.  
Sic BURCHARDE tuos decora honores,  
Juris delitium voluptuosum,  
Lampas Pieridum serena, cultum  
Cultarum decus elegantiarum,  
Nutritum ambrosio sinu Minervæ.

M. THEODORUS EBERTUS,  
Sanctioris Linguae Prof.

Fingitur,



**F**ingitur, ut terra scelere est imbuta nefando,  
Astram in cœlos accelerasse fugam,  
En sed adest, & fulgenti BURCHARDE tiara  
Te donat, sacris præficit atque suis,  
Hunc faveo tibi mysta Dices & grator honorem,  
Mystica fac sacræ ritè diuque Deæ.

*M. Paulus Francus,  
Poes. Prof.*



### SONNET.

**L**A Vertu veut ainsi, à vos desseins propice,  
Qu'apres tant de regrets & apres tant d'  
ennuis,  
Que vous avez soufferts travaillant jour &  
Soyez gratifié de quelque benefice. (nuits,  
Que par son saint arrest l'Honneur vous re-  
siouisse,  
Vous ouvrant en bon heur de son beau tem-  
ple l'huis. (quis  
Vous face appercevoir les biens qui sont ac-  
A ceux qui font estat de luy rendre service.  
Mais

Mais je vous cognois bien & vos conceptions;  
Que plus elle fera de retributions,  
Et plus elle de vous aura d'obeissance.

Car comme elle en sa fleur dure eternellement,  
Ainsi suiuant le train de son enseignement,  
Vous l'aimerez avec eternelle constance.

En souuenance de l'honneur, que je  
porte à Mons. Burchard, Licentié  
és loix, j'ay escrit cecy

Jean Christoffe Hartman.



*Excudebat*

**FRIDERICUS HARTMANNUS,**  
Bibliopola, in Academia Francofurtana.

Ja 666



ULB Halle 3  
002 177 021



A white rectangular library label with a barcode and identification numbers.

5b-700

Von 7

MC







RO  
*consultissimo*  
**NIELI**  
ARDO,  
entiato.  
*ctorali*  
entur

72.

72

